



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi  
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev  
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob  
Romani cleri multitudinem ...**

**La Rocheposay, Henri-Louis Chasteigner de  
Tolosae, 1614**

A Benedicto XI. Creati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10735**

*ma ordinis fratrum heremitarum S. Augustini, Archiepiscopus Bituricensis. Qui obiit anno Domini 1316. die 22. mensis Decembris.*

IOANNES CAIETANVS Cardinalis scripsit, teste Cortesio,  
De Canonisatione Sanctorum.

---

A BENEDICTO XI. CREATI

NICOLAUS MARTINI de Prato Tuscus, ordinis Prædicatorum, Cardinalis, scripsit  
De Paradiso.

De Pontificalium Comitiorum habendorum ratione, vt habet Cortesius. Iacetque Auenione apud Prædicatores cum hoc Epitaphio.

NICOLAI PRATENSIS EPISCOPI CARDINALIS OSTIENSIS.

*Eloquium bona vita virens, discretio fulta,*

*Consilium doctrina virens, prudentia multa,*

*Ista silent; hic illa docent, sunt cuncta sepulta*

*Virginis à partu in numeratis mille trecentis*

*Annis bis denis vno quarisque kalendis,*

*Quem genuit Pratum, Spoletum Pontificatum:*

*Ostia quem dedit Romano Cardine gratum.*

GVILLELMVS MAKLESFELDE Ord. Prædicatorum Anglus, in Oxoniensi Gymnasio Theologiam publicè profitebatur, & inclyti doctoris nomē tuebatur cum à Benedicto XI. Cardinalis creatus est, scripsitque.

Problemata quædam.

Conclusiones ordinarias

Orationes ad Clerum.

Et alia quædam. Obiit anno 1303.



**GUALTERVS VVYNTERBVRNE** Sarisburiensis  
 Anglus, Ordinis Prædicatorum Cardinalis, in principi-  
 bus ætatis suæ Theologis numeratus, graues & altas sa-  
 crarû literarû difficultates inaccessis anfractibus clau-  
 sas, priscis illibatas, vel vt maximè in transcurso attacktas,  
 præstantibus ausis, maiori molimine, feliciter adape-  
 ruit, scripsitque

Summam Theologiæ lib. 3.

De Peccato originali.

Quæstiones Theologicas.

Sermonesque coram Edoardo I. Anglorum Re-  
 ge (cui fuerat à Confessionibus.) Obiit Genuæ  
 anno 1305.

---

*CREATI A CLEMENTE V.*

*authore Constitutionum Clementinarum,*

*cuius Regesti volumina 9. in Vatic.*

*Biblioth. seruantur.*

**BERENGARIVS STEDELLI** Vasco, ex Abbate S.  
 Aphrodisij Biterrensis Episcopus Cardinalis Tuscula-  
 nus, Iurisprudentiæ scientiâ instructissimus, legales titu-  
 los, enucleatissimè exposuit, scripsitque

De Sententia excommunicationis.

Super summam Ostiensis insigne opus, quod vo-  
 cavit Oculum, vt notat Trithemius.

Repertorium Iuris manuscript. in Bibliotheca Ec-  
 clesiæ Cameracensis. Et alia quædam. Obiit  
 Auenione an. 1321.

**THOMAS IOYCE** alias Iorsius, ord. Prædicatorû,  
 Anglus Cardinalis, Philosophiæ studiosus & in paucis